

22

20

26

16

31

11

Quod si res paruas liceat componere magnis,
Hæc Salomon templi forma erat ipsa tui.
Mole patens ampla consurgit ad æthera turris,
Quæ sine Pyramide est conficienda sua.
Est intus spacio nire latumq; capaxq;
Sustinet & cameras crebra columna suas.
Hic sacra percipitur diuini concio uerbi,
Et locus est populi totius ille capax.
Postera lux aderat solita celebranda quiete:
(Nam rebus Domini est illa dicata sacriss.)
Aulaeis ornant duo longa sedilia pulchris
Ulmenses proceres è regione sita.
Maxima pulsatur turri campana subalta,
Et bombo reboans concutit omne solum.
Hæc toto tantum semel exauditur in anno,
Cum iurant ciues foedera lege sua.
Nunc Ducis in tanti quoq; pulsabitur honorem,
Ferro terribiles & dabat icta sonos.
Enueniunt magno cætu temploq; propinquant,
Et Dux & coniunx ipsa pudica Ducis.
Illum portat equus phaleris ostroq; superbus,
Hæc nitido curru conficienda uenit.
Affines præuent Badensi stemmate nati,
Et Peligardinæ stirpsq; comesq; domus.
Atq; Ducem multi proceres comitantur euntem,
Nomina sunt quorum non mihi nota satis.
Quæ tamen agnoui non huc posuisse pigebit,
Etsi sunt Elegis non satis apta meis.
Henricus Baro in Limpurg. **Henricus Baro primus erat Limpurgius ille.**
Egregium cuius gloria nomen habet.

Ende

Anfang

Civili